

Tertio modo, Memoria est virtus componens imaginem rei sensatæ, cum intentione sua non sensata, ex qua compositione reuertitur ad obiectum extra prius apprehensum. Exemplum. Quis tenet in memoria, Imaginẽ, S. Dio. Areopagitæ de qua duplex potest esse memoria: Primo, vt est tantæ longitudinis, latitudinis, & profunditatis, & sic nulla sequitur lætitia, secundo vt componit eam cum Dionysio considerando qualis fuit in doctrina, in sanctitate, & martyrio. Ex prima consideratione nulla lætitia, nullum gaudium ex secunda maximum gaudium. Quoad 3. de loco.

*Memorie locus* Locus memoriæ dicitur esse pars posterior cerebri. Quinque sunt facultates, singulares animæ quo ad partem internam, videlicet.

*Facultates anime.* Sensus communis, } Extimatiua, & } Sensus communis recipit species intentionales sensuum exter-  
Phantasia, } Memoria. } norum.  
Cogitatiua, } Phantasia conseruat species receptas a sensu communi.

*Ani. 6. Naturalium.* Cogitatiua conspicit res, vel species conseruatas in phantasia ex quibus elicit amorem, vel odium: Vt exẽ. in oue. Quando recipit & cogitat lupi speciem statim sentit inimicitiam, & odium, & sic quando uidet speciem agni parturit amicitiam, & amorem.

Extimatiua ex illo conceptu inimicitia, vel amicitia fugit lupum, prosequitur, agnum.

Memoria vero conseruat species non sensatas quas suggerunt communis, Phantasia cogitatiua, & extimatiua. Nam nisi memoria conseruaret has species non sensatas non fugeret nocua. Ideo. Sensus exteriores, & interiores faciunt, quasi vnã Rempub. in qua homo uiuit. Nam in Republica vel Accademia sunt sex,

*Reipub. habet sex.* videlicet.

Ministri,	Ministri suggerunt & deferunt, quæ sunt in Republica,	Ministri sum sensu extermi.
Præfectus,	Præfectus vel nuncius recipit omnia facta, & nūciat senatui,	Nuncius sensus communis,
Archigrammateus,	Archigrammateus notat omnia,	Archigrammateus phantasia.
Consiliarius,	Consiliarius iudicat, quid faciendum vel non faciendum,	Consiliarius cogitatiua.
Princeps, &	Princeps præcipit & iubet qd sic fiat, & lex conseruat facta.	Princeps extimatiua.
Lex.		Et lex memoria.

Isti gradus habent loca sua distincta. Nam ministri habitant extra domum Republicæ. Nuncius iacet in foribus: Archigrammateus in principio domus: consiliarius à latere: Princeps in medio, & lex in Archiuo: ita sensus habent sua loca.

Sensus externi sunt in facie hominis, } Cogitatiua in media parte cerebri, } Hæc quoad locũ,  
Sensus comunis in principio cerebri, } Extimatiua in parte decliuiori cerebri, & } Quoad eos qui maxi-  
Phantasia in altiore parte cerebri. } Memoria in vltima parte cerebri. } ximam habet me-  
moriã.

*Gradus hominis.* D. Philosophus, & collegi ex multis doctoribus in mundo sunt isti gradus hominum.

Pueri,	Pueri carent memoria ex nimia humiditate, qua non potest retinere species apprehensas, exemp. si quis imprimat sigillum in materia liquida non conseruat speciem sigilli, ita imagines rerum ex nimia humiditate non possunt conseruari in phantasia.
Senes,	Senes pariter carent sapissimo memoria, quia aut sunt excessiua humiditate, aut scicitate affecti. Nam excessiua frigiditas, & siccitas inducit durationem, duratio impressio- nem impedit, ergo.

Faciles & subita apprehensionis non sunt bene memores, quoniam velut in transitu recipiunt imagines, & similitudines, & facile recedunt.

Affecti, & infirmi ex vehementi passione, vel morbo carent memoria. Ideo ebrii, iracundi, decrepiti, & in terrore maximo constituti carent memoria.

Temperati autem in complexionibus calidi, & frigidi sunt memores. Ideo impediencia memoriã sunt.

*Memoria tol- lentes.*

Meditatio,	Meditatio rara de rebus, de amico,	Oportet frequenter meditari,
Dormitio,	Dormitio pauca, quia non purgantur superfluitates,	Temperate dormire,
Frigiditas,	Frigiditas excessiua, & cibus grossus, vt	Possidere natura bona, & vti
Cibus.	Legumina, caules, & vini magnum, nam sunt multum, Vaporantia: Hinc sensus interni fiunt obscuro, ergo.	Cibus non yapotosis. Ideo
		Exercitium studij, coplætia.

*Memoria obie- ctum.* Nouitas rei, Longa vnica ratio, librorum paucitas, Faciunt memoriã, Hæc quoad memorantes.

Quoad obiectum memoriã dico breuius obiectum est duplex singulare, & vniuersale. Quia datur memoria sensitiua & intellectuã. Ideo ne decipiatur scire oportet, quia sunt obiecta.

Primum est sensus,	Obiectum sensus est singulare sub conditionibus Hic, & nunc. Quia requirit obiectum præsens, & in loco assignato, alioquin non caperet.
Secundum intellectus, &	Obiectum intellectus est vniuersale, sine conditionibus & circumstantijs loci, & temporis. Nam quando considerat figuram non cogitat de loco, nec de tempore, sed speculatur absolute.

Memoria vero conseruat obiectum sub ratione præteriti, vt præteritum est, vnde non vult presentiam: Ideo vel sit sensitiua tantum, vt in brutis, vel intellectuã, vt in homine semper obiectum dicitur vt præteritum est, siue singulare, siue vniuersale. Stanibus ijs modo accedo ad Doctorem, qui querit de prima parte Imaginis, qd est memoriã, secundo querit an Imago Trinitatis inueniatur magis.

Circa essentiam animæ,	Huic questioni responderet absolute, qd Imago consistit in animo, non circa actus, nec habitus, nec potentias, sed consistit circa essentiam animæ.
An circa potentias animæ,	
An circa habitus animæ,	
An circa actus, & operationes.	Probat. Nam dicit qd vera Imago est in anima, vt anima dicitur esse intellectuã: Intellecta, & amata. Vt intellectuã ostendit Patrem, vt intellectuã filium, & vt amata Spiritum Sanctum. Probat.